

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Freiburger Urkundenbuch

Texte

Hefele, Friedrich

Freiburg i.Br., 1957

229 - 1312: Bischof Gerhard von Konstanz unterstellt das Kloster Allerheiligen zu Freiburg wegen seiner geringen Einkünfte und wegen mangelnder Disziplin dem Abt von Kreuzlingen

[urn:nbn:de:bsz:31-70578](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-70578)

Diese Urkunde haben sie beide ihrem Herrn Grafen Egen und seinen Nachkommen an der Herrschaft mit ihren Siegeln besiegelt gegeben. Gegeben zu Freiburg an der nehesten mittewochen nach dem heiligen winnahttage 1312.

Or. Karlsruhe GLA: 21/78 (aus dem vorderösterreichischen Archiv) zu 1312 Dez. 27. Siegel eingehängt: 1. = n. 164 (1.); 2. rund (30) = n. 225 (7.).⁵ ZGORh. 12, 87f. mit 1312 Dez. 27.

Geschrieben von derselben Hand wie n. 40, also vom Schreiber des Grafen Egen.

Zum Datum: Ich habe den Weihnachtsstil angenommen.

Bischof Gerhard von Konstanz unterstellt das Kloster Allerheiligen zu Freiburg wegen seiner geringen Einkünfte und wegen mangelnder Disziplin dem Abt von Kreuzlingen.

Franc. Petrus, Suevia ecclesiastica, Augsburg und Dillingen 1699, S. 330¹ (B); Abschr. (19. Jh.) Karlsruhe GLA: Kopialbuch 502 Bl. 36 f.; Abschr. (19. Jh.) Freiburg Erzbischöfl. Archiv: Reininger, Chronicum episcoporum Constantiensium, Bogen 20 (nach B).

Freib. DA. 10, 362 ff. nach Reininger. — REpConst. n. 3607. — Erw. Kuhn, Thurg. Sacra 2, 261.

Zur Datierung und zur Sache: Fr. Petrus, der wohl das Original gesehen hat, führt aus, das Kloster sei ob magnas discordias et funesta bella inter illustrissimos comites et oppidanos Friburgenses agitata in schwere Gefahr geraten, unde specialis cura illius de futuro habenda a loci ordinario mandata fuit abbati Kreuzlingensi per proprias litteras an. 1312 datas sub huiusmodi tenore. Ich habe deshalb den von Fr. Petrus überlieferten Text übernommen, jedoch einige Fehler verbessert und ae durchweg durch e ersetzt.

Eberhardus² dei gratia Constantiensis episcopus omnibus presentes litteras inspecturis scriptorum notitiam cum plurima salute. Suadet equitas, hortatur ratio, quatenus permittitur, ut sollicitudine nostri pastoralis officii ad conservandum et solidandum plantationes novellas sub institutione regularis discipline ordinatas divinitus vel instaurandas ferventibus affectibus intendamus, cum ecclesiam pro religionis augmento summa ratio interpellat. Attendentes itaque, quod prepositura et collegium monasterii Omnium Sanctorum in Friburgo sub ordine canonicorum regularium degentium in loco, qui dicitur der Sackbrüder haus, de consensu expresso et voluntate quondam Henrici dei gratia predecessoris nostri initiata plantata et dotata his redditibus, quibus dos

229 ¹ Verschentlich wiederholen sich die Seiten 329—332 nach S. 332. Diese Urkunde steht auf der wiederholten Seite 330. ² sic statt Gerhardus

constitui poterat, prout dotantibus possibilitas instigante divino spiritu aderat te competebat, subsistere non possit commode per se propter tenuitatem reddituum et propter regularis discipline ac correctionis defectum sine aliquo, qui una cum preposito dicti monasterii potestatem^a habeat tam in spiritualibus quam 5 temporalibus salubriter disponendi. Ad petitionem igitur prepositi et fratrum loci predicti defectum prehabitu claris oculis intuentibus et in arcanis cordium suorum iugi meditatione resolventibus, quod sine regimine prehabito idem locus non possit subsistere et in spiritualibus aut temporalibus recipere incrementum, locum predictum et monasterium ac personas eiusdem tam pre- 10 sentes quam futuras abbati, qui nunc est aut quicumque pro tempore fuerit, monasterii de Creuzlingen extra muros Constantie annectimus et applicamus de consensu expresso capituli ecclesie nostre Constantiensis et in perpetuum unimus pro nobis nostrisque successoribus et ecclesie Constantiensis quoad ea, que subscripta sunt, videlicet ut cedente vel decedente preposito ipsius mo- 15 nasterii Omnium Sanctorum, qui nunc est vel quicumque pro tempore fuerit, abbas dicti monasterii in Creuzlingen in eodem potestatem habeat plenam eidem monasterio ordinandi seu preficiendi aliquem de gremio eiusdem monasterii Omnium Sanctorum, si ibidem repertus fuerit idoneus, alioquin de gremio sui monasterii de Creuzlingen vel aliunde aliquem idoneum in prepositum 20 nobisque^b aut successoribus nostris, si inventus fuerit idoneus ad ipsius regimen prepositure, munus accipiat confirmationis, prestiturus nobis nostrisque successoribus iuramentum, prout in littera prima institutionis dictorum prepositi et collegii continetur; item si prepositus dicti monasterii Omnium Sanctorum in Friburgo, qui nunc est aut pro tempore fuerit, aliquos de suis con- 25 fratribus incorrigibiles aut inobedientes invenerit et in negotiis aut tractatibus tum in spiritualibus aut in temporalibus aliquam dignam correctionem inciderit, quem per se et solus corrigere non posset, tunc ad requisitionem dicti prepositi monasterii Omnium Sanctorum dictus dominus abbas monasterii in Creuzlingen veniat itidem et una cum preposito monasterii Omnium Sancto- 30 rum corrigenda corrigat^c, emendanda^d emendet et reformanda reformet salubriter cum effectu; item quod sepe dictus prepositus et collegium sepe memorati monasterii Omnium Sanctorum, qui nunc est et qui pro tempore fuerit, non habeat potestatem aliquam vendendi vel alienandi quicquam de suo monasterio Omnium Sanctorum sine dicti domini abbatis de Creuzlingen consensu 35 adhibito expresso et favore et ex causa rationabili interveniente. Et in^e evidenciam premissorum has litteras conscribi fecimus et sigillorum nostrorum nostrique capituli ecclesie Constantiensis [appensione]^f premissis omnibus consensum nostrum expressum et voluntarium impertimur appendentes in huius facti evidenciam sigillum nostrum. Datum et actum etc.

40 229 ^a pro- B ^b hier ein Fehler in der Satzkonstruktion ^c -get B
^d emenda B ^e in fehlt in B ^f appensione fehlt in B und in den
späteren Abschriften